

# Risposte del chierichetto durante la Santa Messa

## Preghiere ai piedi dell'altare

In nómine Patris, † et Filii, et Spíritus Sancti. Amen. Introíbo ad altáre Dei.

Ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.

Iúdica me<sup>1</sup>, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érué me.

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.

Confítebor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confítebor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.<sup>2</sup>

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

Introíbo ad altáre Dei.

Ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.

Adiutórium † nostrum in nómine Dómini.

Qui fecit cœlum et terram.

Confíteor Deo omnipoténti [...] Deum nostrum.

Misereátur tui omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Amen.

Confíteor<sup>3</sup> Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, pater: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa<sup>4</sup>, mea culpa, mea máxima culpa.

Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, pater, oráre pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

Misereátur vestri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

Amen.

Indulgéntiam, † absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

Amen.

Deus, tu convérsus vivificábis nos.<sup>5</sup>

Et plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Et salutáre tuum da nobis.

Dómine, exáudi oratióne meam.

Et clamor meus ad te véniat.

Dóminus vobíscum.

Et cum spírítu tuo.

Orémus ...

Kyrie eleison (3x), Christe eleison (3x), Kyrie eleison (3x)

Dóminus vobíscum.

Et cum spírítu tuo.

## Alla fine della lettura:

Deo grátias.

## Prima del Vangelo:

Sequéntia sancti Evangélii secúndum...

Glória tibi, Dómine.

## Dopo il Vangelo:

Laus tibi, Christe.

Orate fratres ... omnipotentem.

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totíusque Ecclésiæ suæ sanctæ.

## Per la prefazio:

Sursum corda.

Habémus ad Dóminum.

Grátias agámus Dómino Deo nostro.

Dignum et iustum est.

## Alla fine del Pater noster:

... et ne nos indúcas in tentatióne, sed líbera nos a malo. Amen.

## Dopo la frazione dell'Ostia:

Pax Dómini sit semper vobíscum.

Et cum spírítu tuo.

## Prima della comunione:

Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. (3x)

<sup>1</sup> Il salmo 142 (*Iudica me*) si tralascia nelle Messe dei defunti e nel tempo di Passione.

<sup>2</sup> I chierichetti chinano la testa sempre per il *Gloria Patri*.

<sup>3</sup> Il *confíteor* si recita inclinato profondamente. Girarsi leggermente verso il sacerdote alle parole «... et tibi Pater» e «... et te Pater».

<sup>4</sup> Alle parole «*mea culpa*» ci si batte il petto tre volte.

<sup>5</sup> Inchinarsi assieme al sacerdote.